

GALLIAE LESSVS

IN OBITVM

HENRICI MAXIMI

GALLIAE ET

NAVARRAE

REGIS

AUTHORE

IOAN. STEKIO B.

PHILOSOPHIAE IN ACADE-

MIA DIENSI

PROFESSORE

P O C



IN ACADEMIA DIENSI

Excudebat IOANNES GAVTERIVS,

Typographus Academiae.

M. DC. X.

ILLVSTRISS. ET GENEROSISS.

HEROI,

RENATO DE LA TOUR,

DOMINO DE GOVVERNET,  
LA CHARCE &c.

BARONI D'AIK, MEVVOILLION  
ET MONTAUBAN:

SACRIVTRIVSQUE SENATVS  
CONSILIARIO,

CENTVM CATAPHRACTO-  
RYM DVCI,

ARCIS ET VRBIS MONTILIENSIS  
GVBERNATORI,

DIENSIS VALENTINENSIS &c.  
COMITATVVM PRAEFECTO:

DOMINO SVO CLEMENTI


DEDICAT, CONSECRAT

IOH. STERIVS.



**G**ALLIA coram te suas profundit lacrimas quem  
maximè nouit tantis doloribus afflictum. Non ut tuos  
exacuat, sed ut communem illum luctum tibi velut pro-  
prium fuisse ostendat: & simul in se affectus tui effectum,  
imò in Regem ipsum. Non primus est hic, Heros illu-  
strissime, nec nuperus. Quotcumque magnanimitatis tue  
unquam edidisti miracula, tot simul in PRINCIPEM  
tuum rarissima fidei extant exempla. Testatur Delphinatus,  
Prouincia, Occitania totaque Gallia non solam res à te  
gestas humanis viribus impares: sed & integritatem,  
quam tuo probasti DOMINO ab omni labe & corru-  
ptela immunem. Queritur etiam apud eum, à quo so-  
latium sperare potest & leuamen: meminit allatum an-  
tè à splendore tua familia, tot astris Heroicarum vir-  
tutum coruscantis; tot generose progeniei columnis sus-  
fulcra, potentia munita. Sed alloquitur verbis meis, pro-  
pter singularem tuum in me fauorem, quo non tan-  
tum domesticum lucis tuae spectatorem esse voluisti; sed  
ab eo tempore tua erga me mansuetudo miratorem. Illum  
ut confido fore perpetuum; ita caelestis te fauor seruet  
longauium Regi, Gallia, familia, precor ex animo.  
Die Vocontiorum Kal. Iunii cle. l. c. x.

LESSVS



L E S S V S

I N O B I T V M

H E N R I C I I V . G A L L E T

N A V A R R A E

R E G I S .



**I**T A ne PRINCEPS ille Gallorum H E N .  
**R** I C V S M A G N V S obiit, V E R et de-  
 licium flaccuit Regni, A S T R V M obtenebratam  
 Imperii, clarissimam mundi L V M E N occidit,  
 D I E S abscessit? Rursumne patricialis manus sa-  
 crum R E G I S ausa contemere latus, ferrum in  
 pectus eius stringere, ferire, animam eiicere; vno  
 momento Patriam suo P A R E N T E B O N O Q V E  
 prinare? O subitam procellae sauitiam, miserandum  
 calamitatis aestum! O immensum malorum cumu-  
 lum, miseriarum abyssum! Siccine alterum nobis  
 S O L E M proditoris illaqueatum insidiis morte ni-  
 mis propera ereptum oportuit? prouida regni cura  
 dispensantem negotia circumventum? Cùm iam de  
 hostibus plena esset triumphandum victoria in tro-

A



CELEBERRIMO REGIS GALLIARVM  
 HISTORIOGRAPHO,  
 D. PETRO MATHÆO,  
 VIRO VNDIQUAQUE DOCTISS.  
 POLITISSIMO S.



Vantus hodiernæ solennitatis splendor: quanta in recens adulto Rege, cum primùm ad Regni sui clauum manus admoueret, Maiestas emicuit! Non alio Sole nobis erat opus. Vidi, & præ nitore mihi oculi caligarunt. Quod videre non licuit, Historicorum maxime, in veritatis testimonium, in posteritatis obseruasti & reseruasti subsidium. Quod vidi, sermonis tui relatu, mellifluo explicatu, accuratiùs & firmiùs est incolcatum. Sic alienis oculis, quod erat, intuitus sum: sanè pensulatè & ad sublimis tui iudicii libramentum. Sic venæ tabescenti nouum inspirasti animum, vt hoc epigramma effunderem potiùs, quàm condere possem. Vtinam condire, pro rei merito, & ad gustum. Tuum tamen est. Tibi sacrum feci. Tibi debetur: iure humanitatis tuæ, imò etiam census: & quidquid à literatis in Regis honorem expromitur: qui Centorum inter primates nostri styli censei mereris, Eloquentiæ decus vnicum: vnus Maiestatis Apelles: cuius Rex stylo decus vnicum. Accipe dedicatum: & cum, qui tibi mancipatus est totus

IOH. STEPHANUS PHILOS. I C.

IN DIEM  
 IN AVGVRATIONIS REGIS ADOLESCENTIÆ:

**M**ET NOVVS ASCENDIT REGALIA CVLMINA PHOEBVS  
 GALLORVM, PVBER THEMIDIS PIA FANA REVISENS,  
 INSOLITIS FVLST RADIIS: DISCESSIT APOLLO  
 INVIDVS, ET LACRIMANS NVBI SE CONDIDIT ATRÆ.  
 MOX VBI DESCENDIT LVDOVICVS CVLMINE SACRO,  
 IPSE SVVM PHOEBVS CÆLO CAPVT EXERIT ALTO.  
 NEMPE, DVOS PARILI NON SVFFERS LVMINE SOLES,  
 ORBIS FRANCORVM, TIBI SVFFICIT VNVS APOLLO.

DE SONO TORMENTORVM BELLICORVM,  
 ET FVLGURE EIVSDEM DIEI.

BORBONIDES SCEPTRO TONAT: ANNVT ÆTHERE FVLGVR.  
 DIVISVM IMPERIVM CVM IOVE GALLVS HABET.